DISSERTATIO NONA EAQVE VLTIMA.

DE PERSONIS CREDENTIBVS, ET ILLARVM INTER SE COMMVNIONE AC DIVISIONE.

An quilibet in ſuâ fide (vel potiùs confeſſione ſeu religione & eccleſiâ) ſalvari poſſit: puta, *Pontificii* in Pontificiâ, *Lutherani* in Lutheranâ, *Calviniſtæ*, ut vocant, in Calviniſticâ?

I.

HIs ferè verbis proponit quæſtionem BECANUS *in Manuali lib.* 5. *c.* 1. eandemque, aliis licèt verbis propoſitam, tractat *Greg.* DE VALENTIA *in* 2. 2*æ. diſp.* 1. *q.* 2. *puncto* 6. à Bellarmino, nusquam, quod ſciam, ex profeſſo ventilatam. Pertinet autem ad conſiderationem *ſubjecti*, & per-

Quæſtio præſens, ad uſũ operis.